



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

6. Decisio Sacræ Rotæ Romanæ coram R. P. D. Carrillo in causa Cordubeni.  
Decimarum de Luzena. Veneris 26. Maii 1638.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](#)

## Decisions Nouissimæ

in hac tertia concessione, & sic præsens casus toto cœlo distat ab illis decisionibus; Agitur quippe hic de maior, & diuturniori praedictio Ecclesiæ, & in illis decisionibus erat propemodum necessarium ad vitam viuius periti, & informati cōcedere Scribaniā, cum Monachi per seip̄os munus illud obire possint, res autem plena periculi fore tantam Scripturarum molem, & vniuersam illius regionis negotiorum notitiam, & custodiā modò viuius, & modò alterius fidei committere viuente primo informato; Quæ cautiones non militant in concessione ad tres generationes, & cum facultate nominandi, etiam in articulo mortis extraneos, & ipiſ Monachis ignotos, & fortasse minus officio idoneos.

8. Verum quod in concessionibus officij Scribaniā non requiratur beneplacitum Apostolicum, & alia similia non pendunt a depositione Ecclitum, sed a Iudicio Iudicis, & ideo non est uter his concedenda remissoria, sed appositè cadunt sub dubio principali, & à Rota, non autem a testibus erunt definienda;

Postrē non obstat quod stante illo patrocinij credito vtile fuerit Ecclesiæ concedere hanc Scribaniā, & obligatio Ecclesiæ videatur posse sustineri, si illis sit vtilis, vt dicimus de contractu minoris, qui sustinetur etiam sine solemnitatibus si minori sit vtilis, Socin. sen. consil. 80. n. 28. & seqq. lib. 4. Rota decif. 599. n. 3. part. 1. recent. Et idem dicunt nonnulli de pupillo, & de aliis personis priuilegiatis.

9. Quoniam quicquid sit in contractibus minorum, & pupillorum in quibus terminis nec desunt qui contradicunt, certum est, in alienatione bonorum Ecclesiæ duo requiri copulatiæ, & vtilitatem, & beneplacitum Apostolicum, & vnum sine altero non sufficiari, vt in primis decisionibus, & in foro externo nemo contradicit, ita vt alienatio etiam vtilis sine beneplacito non sustineatur, nec beneplacitum sine vtilitate, seu necessitate sufficiat. Cuar. val. resol. d. lib. 2. c. 17. n. 2. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 5. 1. c. 7. n. 21. ubi de communi, & q. 35. p. tot. & q. 36. nu. 19. & omnium melius Sarmien. de redditib. honor. Eccles. c. 2. n. 2. part. 1. Surd. consil. 301. n. 25. Molin. de iust. & Iur. cap. 468. concl. 6. n. 4. & millies dixit Rota, & nuper in Bononiæ, transactiōnī 14. Ianij 1628. coram R. P. D. Ghijsterio, & nouissimè explicat Ferdin. de Castro Palao in Moral. pari. 2. tract. 1. 2. §. 6. punt. 15. n. 5. & in vers. finis auem. bene responder motuio, quod stante vtilitate fuerit satisfactum intentioni Canonis prohibentis alienationem bonorum Ecclesiæ, Canon enim voluit consulere in vniuersum vtilitatibus Ecclesiæ, non autem in aliquibus casibus particularibus, & alias daretur ansa Prælati quotidie faciendi alienationes sub prætextu vtilitatis precepit beneplacito Apostolico, & assiduis vexarentur litibus Ecclesiæ, dum omisso beneplacito Apostolico opus esset postea inquirere de hac vtilitate; & rationes etiam differentiae inter prohibitionem alienationis bonorum pupilli, & minorum, & bonorum Ecclesiæ notat Bero in c. quæ in Ecclesiarum n. 35. & seqq. de Conſit. Villagut. de reb. Eccles. mal. alienar. revoc. lib. 2. c. 5. n. 189. & seqq. Sarmien. de redditib. honor. Eccles. part. 1. c. 2. n. 5. 10. & 12. Hocque tantum operatus vtilitas, quod si deficit beneplacitum Apostolicum, tunc contractus nullitas non potest opponi, nisi ab ipsa Ecclesia, non autem à contrahente cum ipsa, & hoc est priuilegium Ecclesiæ, vt sauro illius detur claudicatio, & possit Ecclesia ratum habere quod à principio non ritè contractum fuit. Sarmien. de redditib. Eccles. part. 1. c. 2. n. 14. 18. & 19. ubi loquitur in terminis extraaganciis Ambitiose n. 20. Quarant. in summa Bullar. in verb. Alienario rerum Ecclesiarum n. 34. vers. declarata, Redoan. d. tral. g. 20. n. 193. Ferdin. de Castro. Palao d. §. 4. n. 5. vers. ex his manat. & dicti Rota in Romana Censu vitalitij 22.

Maj. 1626. & 29. Ianuar. 1627. coram me Socin. ver. d. consil. 8. lib. 4. n. 8. & seqq. loquitur in contractu pupilli, & ad effectum vt pupillus possit habere contractum in illo terminis intelligenda est d. decif. 599. que Socinum allegat.

10. Amplius in alienatione bonorum Ecclesiæ est particularis ratio, quia defectus beneplaciti Apostolici nedum dicitur defectus solemnitatis, sed est etiam defectus formæ substantialis contractus, nempe confessus veri Domini; Papa enim uti totius Ecclesiæ Gubernator supremus, & Dei Vicarius est Dominus bonorum omnium Ecclesiæ, & habet liberam, & plenam administrationem super hiis bonis Ecclesiæ, Bald. consil. 165. n. 2. post med. vers. præterea Dominus Papa, lib. 2. Caſtr. consil. 287. n. 3. lib. 2. & sequitur Petreg. de iur. fisi. lib. 1. tit. vlt. n. 85. & seqq. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 44. n. 6. & q. 19. n. 120. & inferiores Prelati dicuntur habere administrationem ab ipso Papa. Innoc. in c. cum super. num. 3. de caus. poss. & prop. & Hostien. ibi n. 4. Ioan. Andri. num. 4. Inol. n. 7. Turcetrem. in c. videntes. n. 4. & 5. caus. 12. q. 1. & potest liberè alienare dicta bona concurrendo, vel præueniendo inferiores Prelatos, vt latè, & doctissime fuit explicatum in Foro Empyrion. emphysitus 16. Ianij 1636. coram Reuerendiss. D. meo Decano; Ideo dum Paulus Secundus in extraag. Ambitiose, in illis ne fierent alienationes bonorum Ecclesiæ inconfutabili Papa, censetur ademissi facultatem prius attributam inferioribus Prelatis, & quod ipsius Papa tangam verit. & Supremi Domini, & immediati dispensatori, expeditetur consensus; & sic dum deficit beneplacitum Apostolicum, contractus careret nedum solemnitatem à Iure positivo inducta, vt sit consultum vtilitati Ecclesiæ, sed careret etiam consensus veri Domini, in quo consensu consistit potissima substantia contractus etiè attento iure naturali, & beneficiant tradita per Abb. in c. 1. n. 19. vers. vltima hic quoque 20. de reſtit. in integr. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. q. 46. n. 34. & 35. & melius per Villagut. de reb. Eccles. mal. alienar. revoc. lib. 2. part. 2. n. 24. & 25. & Sarmien. d. tral. de reddit. Eccles. c. 2. n. 1. 2. 3. 4. & seqq. que ratio est in alienationibus bonorum minorum, & aliorum, quia in his solùm deficit solemnitas iuri positivi, & si bona vtilitas sufficeret sine isto beneplacito, exigeretur quod Ecclesia data vtilitate posset compelli ad vendendum, & alios contractus peragendos, quod est absurdissimum, vt per Sarmien. d. c. 1. n. 2. part. 1.

Et ita tertio Domini vñanimiter steterunt pro dene-  
gatione remissoræ vræque parte informante, &c.

## DECISIO VI.

Sacra Rota Romana coram R.P.D. Carillo.

In causa Corduben. Decimaru[m] de Lucena.

Veneris 29. Februario 1638.

§. 1. Pro confirmatione sententia Rotalis respon-  
detur Domini, attenta eius validitate, contra  
quam nihil est quod obiici possit, & iustitia clare patet  
ex decisionibus in hac causa factis coram illustrissimo  
D. meo Decano, in quibus firmatur priuilegium per Ro-  
manos Pontifices Paulum III. Pium IV. & Grego-  
rium XIII. Venerabilis Societati Iesu concessa pro  
exemptione à solutione decimatum, utpote ampli-  
mis derogationum clausulis concepta suffragari ad  
uersus immemorabilem possessionem, quam una cum  
fama priuilegij haberet in iure decimandi pro se Excel-  
lentissimus D. Dux de Cadona.

Primo

2. Primo enim Paulus III. de anno 1549. concessit huiusmodi exemptionem Societati I. & s. v. verbis amplissimis. & clausulis prægnantibus à solutione quarumcumque deciminarum prædialium. personarum. ac etiam Papalium. cum clausula generali derogatoria. ac obstantibus constitutionibus & ordinationibus. ac iuramento confirmatione Apostolica roboratis. statutis vel consuetudinibus. Guttier. consil. 5. n. 2.

3. Secundo. Pius IV. confirmans sen. approbans. vel de nouo concedens. quatenus opus sit. prædictam exemptionem à solutione deciminarum. & quarumcumque impositorum. pro posteriori cauella. uniuersam Societatem IESV. omnia que & singula illius Damus Probationis. & Collegia ubique existentias presencia & futura. eorumque personas. fructus. redditus. ac prouentus. etiam bonorum Ecclesiasticorum. secularium & regularium quorundamque illis pro tempore vniuersorum. alia que res. & bona quacumque exemit à quibuscumque decimis etiam Papalibus. prædialibus. personalibus. medietatibus. & aliis frumentis paribus. substatit etiam charitatis. & aliis ordinariis oneribus. etiam pro expeditione contra Infideles. defensione Patriae. & alia. quomodo libet ad instantiam quoque Imperatorum. Regum. Duxum. & aliorum Principum pro tempore impositū quoniam in illorum impositione causatur quod nulla prorsus exemptione cuicunque aduersus illas. defragetur. cum clausulis quod ab obreptione subeptione. aut nullitatē vixio. seu deficitū in eiusmodi quoniam præexistens. & tunc colore impugnari non possint. cum clausula sublata. & de iure quasit non tollendo.

4. Tertio. fel. rec. Greg. XIII. prædictæ priuilegia confirmavit. & cap. nuper. de decimis derogavit. cui usque tunc derogatum non fuerat. prout requirebatur. attempo quod in d. c. nuper extet Constitutio Conciliarii Rebuffi. de decim. q. 14. n. 6. Rot. decis. 122. & 123. part. 1. diuersi.

5. Ex quibus priuilegiis saepius à Rota canonizatis constat. prædictam Societatem habere exemptionem non decimandi. etiam aduersus habentem immemorabilem cū fama priuilegij. id enim important illa verba. quibusvis. & quaecumque. quæ tanquam vniuersalia. omnia comprehendunt. l. omnes. C. sine censu. vel reliq. l. 1. §. quod autem. de vi. & vii. armis. Socin. consil. 297. num. 5. volum. 2. & habent vim specialis expressionis etiam in casibus. vbi nominatio specifica requiritur. Curt. senior. consil. 19. Crauett. consil. 24. & 297. Siluan. consil. 66. n. 13. & 14. lib. 2. Guttier. d. consil. 5. nu. 3. cum seqq. ponderatis illis verbis. bis etiam si decima sint Papales. quæ dictio etiam flat augmentatiue. & ampliatiue. l. 3. C. de testibus. Gemin. consil. 125. n. 10. & exprimit causum magis dubitabilem. l. etiam. ff. de verb. signif. Surd. consil. 445. n. 28. Seraph. deci. 130. num. 6. & cum tenor priuilegiorum in primis ponderandus. & inspicieundus sit. cap. recipimus. c. porro. de priuilegio. verba vniuersalia sunt propriæ prout fonant intelligenda. ut notat Angel. in punct. de priuilegiis. exemptions in l. fin. vers. tertio quarit. ff. de constit. Princip. quem sequitur Dec. alias allegans consil. 113. n. 6. Vnde ab illis abhorret omnis interpretatio restrictiua. Bald. consil. 271. col. 2. vol. 1. Quia verba clara non mutant propriam significacionem in priuilegiis. cap. ad audiencem. vbi Abb. n. 2. de decim. Rebuffi. de benef. part. 1. iii. de decim. priuileg. & prædicti. n. 8. Sed extendunt quoque in prædictum tertium. cap. quoniam. de rescript. lib. 6. cui Summus Pontifex prædicare potuit. & voluit. Dec. d. consil. 113. n. 7. Rebuffi. de decim. q. 14. num. finali. vt patet ex clausulis derogatoriis. præsertim regule de iure quæsto non tollendo.

6. Vnde licet alia Rotæ senserint. quod similia priuilegia præjudicarent tantum illis. ad quos spectat ius decimandi de iure communis. cuius Papa scientiam habere præsumitur. Cassad. dec. 1. de priuileg. n. 2. non autem illis. quibus tale ius competit ex priuilegio. vel ex

alio particulari titulo. & ratio est. quia prædicto iuri numquam censemur derogatum per secundum priuilegium. nisi facta de illo speciali mentione. propter presumptam ignorantiam Pontificis. decurionibus. C. de fileniar. lib. 1. Suar. alleg. 28. n. 9. nouissime Castill. de terciis reg. 136. 100. 7. n. 29.

7. Atramen te postea maturius. per pensa. & inter Dominos diligens. illis visum fuit contrarium. recedendo à decisionibus relatis in dec. huius causa sub diebus 27. Februario 1636. & 20. Ianuarij 1637. §. ramen. & ab aliis relatis per Castill. sap. n. 40. & mentio quia cum sumus in decimis antiquis. non est facienda mentione in priuilegio exemptionis. ex eo quod Papa sciebat. vel cogitabat has decimas ab aliqua percipi. & sic quod prædicabat iis. quibus de iure communi. vel alias debebantur. Verall. decis. 263. lib. 1. in manu scriptis. vbi allegat. Cassad. in dec. dec. 1. n. 2. de priuilegio. Et ideo cum illa verba. aut alijs posita sunt post mentionem iuris communis. verificari non possunt in alio quam in iure speciali. l. in singulari. vbi Ant. Fab. ff. de legib. gloss. in elem. 1. verb. debitis. de decim. & propterea concludunt cum Cassadoto interpres. quod censeatur derogatum habent ius speciale super exactio de ciminarum. cum id potuerit Papa cogitare. Abb. in cap. dudum. de priuileg. n. 1. Innoc. n. 4. Ioann. Andri. nu. 5. Anchatar. n. 3. Butr. n. 6. Rot. dec. 48. n. 1. & 2. part. 1. & dec. 614. num. 3. part. 2. recent. vbi firmatur. quod quoniam non fuerit facta mentione quod decima de iure speciali poterant spectare ad aliquem. sive ex priuilegio. donatione vel presumptione; cencetur nihilominus derogatum; & ratio est. quia cum sumus in materia de sui natura præjudiciali. iuxta d. decis. 1. Cassad. de priuileg. & Papa concederit exemptionem à quibuscumque decimis. etiam impositis ad favorem Imperatorum. Regum. & Duxum. ad quos spectare possunt de iure speciali; certum est. quod cogitauit de Laicis. præsternit derogando priuilegii. Vniuersitatum. & quibuscumque consuetudinibus: indeque appetit voluisse eximere Societatem à prædictis decimis. Quod verò potuerit. nefas est dubitare. Crauett. consil. 206. n. 4. & 241. nu. 5. vers. 2. cum alleg. in d. decis. Illustriſſ. D. met. Decani.

8. Nec obstat quod Excellentiss. D. Dux habeat immemorabilem pro se cum fama priuilegij. & ita possit allegare infederationem ante Concilium Lateranense sub Alexandro III. de anno 1179. de quo tempore laici erant capaces. ex quo Episcopi. & alij Pralati inferiores poterant eis decimas in feudum concedere. c. cum Apostolica. de his. n. fuit à Prale Holste. in summ. tit. de decim. §. 3. quatuor. circa finem. c. 1. Episcopum. vel Abbatem in vobis fidei. Couarr. lib. 1. var. c. 17. num. 5. Guttier. lib. 1. practic. q. 15. per 101. præcipue n. 4. Aragon. 2. 2. q. 87. art. 1. & propriece allegando titulum infederationis non fuerit ligatus priuileg. Ven. Societas. ex doctrina Ioan. Andri. in c. nuper. n. 4. de decim. vbi Butr. n. 5. Anchatar. n. 8. Rot. dec. 48. n. 9. part. 1. recent.

9. Quia cum D. Dux si Laicus. & consequenter incapax decimarum. cap. causam de prædict. fin. de rer. perm. Rebuffi. in r. de decim. q. 10. n. 17. Monet. sed. strab. c. 1. q. 3. n. 57. ex Theolog. D. Thomæ 2. 2. q. 87. art. 3. Azor. moral. part. 1. lib. 7. c. 34. q. 7. solum potest illas habere vel ex priuilegio. c. ex parte il terzo decim. c. à nobis. c. 1. §. statutum eod tit. in 6. Guttier. lib. 1. practic. 14. n. 1. & Monet. de decim. d. c. 5. q. 3. n. 83. Valboa in d. causam. & præscript. n. 36. & 51. vel ex immemorabili cum fama priuilegij. Rip. in c. 2. colum. fin. de iud. idem Monet. d. c. 5. q. 5. & 6. n. 118. & 9. 3. n. 74. vers. puto tam. Rot. dec. 215. part. 2. diuersi. vel ex infederatione ante Cœcil. Lateranense. sive. aut alio aequipollenti titulo. Rebuffi. q. 1. de decim. n. 79. & 80. Couarr. lib. 1. var. d. c. 17. n. 5. Idem Monet. d. quest. 3. n. 66. cum seqq. De priuilegio non constat. & quatenus de eo constaret. censetur

censeretur illi derogatum, etsi in priuilegiis Ven. Socieratis, illius nulla fuisset facta negotio, ex supra adductis in §. *artamen n.7.*

10. Immemorabilis verò cum fama priuilegij licet conster ex textibus pro parte d. D. Ducus examinatis, non tamen suffragatur quoniam allegando immemorabilem non dicitur allegare meliorem titulum de mundo, sed titulum ex priuilegio, de quo extat fama, cuique clarè derogatum fuit per Pontifice, qui sciebat has decimas antiquas de iure communis, vel speciali ad aliquem spectare. *Cassad. d. decif. 1. de priuileg. is cum aliis super allegatis.*

11. Nec ex daimmemorabili cum fama priuilegij inferti potest ad infederationem prætensam per D. Duces, super qua olim, & hodie eius informantes infestabant. Quia vltra quod huicmodi infedatio in hoc casu videatur impossibilis, ex quo facultas infedandi concessa Episcopis, sive fuerit prohibita per Concil. Lateranen. sub Alexando III. de anno 1179, sive secundum alias sub Urbano II. de anno 1088. ut notat Valboa 2. *decreta in cap. causam 7. de prescript. n. 14.* 15. & 16. *cum segg. Ciaccon. de vir. Pontif. pag. in 430.* & 566. & de viro quo tempore constat Cordubam & Lucenam, de cuius decimis agitur, fuisse in potestate Maurorum, à quotum manibus fuerunt recuperatae de anno 1240, vt testantur historici, & præcipue Mariana de reb. Hispan. lib. 13. c. 1. & Stephan. de Garibay lib. 13. c. 2. & sic ad minus per 60 annos post infedandis prohibitionem cessat omnis difficultas, cum non doceatur de aliqua recognitiōne feudali: nec aliquid deducatur, ex quo appareat decimas fuisse possellas vii feudales: sed solum prætentit hoc allegari posse vigore immemorabilis. Nec suffici illa possibilis, nisi eriam probetur quod D. Dux eas tenuerit vt feudum cum fama investiture ante Concil. Lateranen.; ad quem effectum requiritur saltem quod testes depositi essent esse famam quod Dux haberet in feudum ab Episcopo has decimas ante Concil. Lateranen. Couarr. lib. 1. var. d. c. 17. n. 6. *Rebus de decim. q. 13. n. 70.* Valboa lib. 2. *decreta in cap. causam 7. n. 30.* & 51. *de prescript.* & bene ratiocinatur Illustriſſimus D. meus Decanus in prima decif. causa §. *buic fundamento in fine Rot. decisione 21. pari 2. divers. & decisione 702. num. 1. part. 2. recent.* & ideo meritò excluditur allegatio infederationis.

12. Nam eo ipso quodd quis se restringit ad unum titulum, prout fecit D. Dux, ad immemorabilem cum fama priuilegij, excluditur præsumptio alterius tituli, scilicet infederationis Bellamer. *decif. 287. & 293.* *Rota dec. 731. n. 20. pari. 1. divers. Gregor. decif. 333. n. 19.* *vbi addeni.* Maximè quando unus titulus excludit alium, prout in præsenti: qui dum obtinentur decimas vigore immemorabilis cum fama priuilegij, tunc liberè, & tanquam allodiales possidentur à laico: quando verò possidentur iure feudi, tunc dominium directum remanet penes Ecclesiā, quia eriam similiter possidet, & dominium utile cum possessione naturali dumtaxat transfertur in laicum, qui possidere dicitur nomine Ecclesiā. *Berous confil. 1. n. 1. vol. 1.*

13. Nec suffragatur D. Duci, quod dicitur habere prædictas decimas ex titulo onerofo, propter recuperationem terrarum factam à Mauris: cui priuilegij ex tali titulo proueniunt non est verisimile Papam voluntate derogare. *Gonzal. regul. 8. gloss. 25. & 28.* *Cassad. dec. 1. de past. & dec. 4. de priuileg. nouissimè Castill. de tertii reg. d. c. 36. n. 28. vers. responsio.* Nam quicquid sit, An priuilegium ex causa oneroſa concessum censeretur derogatum, non facta de eo in secundo mente ne de qua re idem Gonzal. *gloss. 9. §. 2. n. 18. 29. & 49.* Carol. de Tap. *in l. fin. ff. de confit. Princip. n. 119.* *cum segg. Greg. A. Cac. lib. 2. c. 5. ex n. 43.* *Ferrer. confil. 129. num. 2. lib. 3.* *Roland. confil. 13. num. 69. vol. 3.* Cre-

sent. *decif. 285. de priuileg. Put. decif. 47. n. 3. lib. 1.* *late. Castill. suprà n. 10. cum segg.* Non applicantur in praefenti ex supra adductis in §. nec ex d. *immemorabilis n. 11* dum ipse Dux se restringit in suis probationibus ad probandum solam immemorabilem cum fama priuilegij: cui censeretur derogatum ex supra citatis, & consequenter non potest le fundare in titulo oneroſo, qui censeretur excluditus per electionem alterius tituli, ex traditis per addent, ad Gregor. XV. in dicta decif. 33. *num. 19.*

14. His igitur stantibus dixerunt DD. nihil reselere renunciationem factam per Provinciale Priuilegij Societatis à solutione decimarum ad fauorem D. Ducus. Quia vltra quod dicta renunciatio fuit conditionis ob pactum in ea adiectum, quod confirmat dicitur auctoritate Apostolicae, & sic conditione non adimplita, illa imperfecta remansit, diluitur penitus obiectum ex defectu potestatis in provinciali transigente, qui id facere non valuit absque consensi. Reuerendissimi P. Generalis penes quem tota residerit Religionis authoritas. Vnde cum verlemur in priuilegio concessa ad fauorem totius Ordinis, non autem perfonae private, statim eidem Ordini fuit ius queſtitum, in fortioribus terminis respondet Rot. in decif. 14. 22. & 13. 10. 1. 2. *diner. vbi dicitur renunciationem factam priuilegio à solutione decimarum per Carolum Quintum Imperatorem tanquam nimis præjudicialem vniuersitatem militis non posse subsistere sine eiusdem Religionis seu militiae consensi, quamvis fieret redditus ad his communis: & propterea ex mera simplicitate d. Provincialis non debet præjudicium inferri vniuersitati Religionis, vnde in decisione cause coram Illustriſſ. D. meo Decano sub die 10. Maij 1635. §. Non obſtar.*

15. Nec aduersantur moderationes prædictiorum factarum per Sancta mem. Leonem XI. & S.D.N. Quoniam emanarunt ad fauorem Ecclesiasticorum, & ita non extenduntur ad laicos, qualis est Excellentiss. D. Dux de Cadona.

Et sic conclusum vtraque parte informantur.

## DECISIO VII.

Sacra Rotæ Romanae coram R. P. D. Rotis.

In causa Formana Professoris.

Veneris 2. Decembris 1639.

§. 1. Introductio iudicio coram A.C. ad instanti Pauli & Aurelii de Rosciis contra Comuentum Sancti Augustini Montis Fortini super successionem q. fratris Ioannis de Rosciis, pro excludendo dicto Comuento opponebatur de invaliditate professionis per Paulum, & Aurelium prefatos, & cum articulus esset exemplaris, placuit A. C. confilere Rotam, & dato dubio, ac collatere de validitate vel invaliditate professionis dicti fratris Ioannis, pro invaliditate aducebantur sequentia.

2. Primo, nullam esse professionem, vii factam non seruata forma Constitutionis Sixti Quinti in ordine la 71. super capienda diligentia informatione parentum, patriæ, vite, ac morum, cum approbatione in Capitulo Generali, vel Provinciali, quam Conflituum inducere formam, annullando professiones alteri factas, ita ut forma ibi prescripta non potuerit alterari, nec immutari, vt firmatur Rota in recent. decif. 173. n. 4. pari. 1. vbi refert ita fuisse decimum in via Tolaterna professionis 27. Februario 1595. coram bon. mem. Hieronymo Cardinali Pamphilio.

3. Secundo, non collare de professione secuta, ex qua scriptura existens in libro Monasterij, ex qua probatur professio, contineat calligrafiam circa diem, mensem, & annum.